

*In tempore illo salvabitur populus tuus.*

Léctio libri Daniélis prophétæ

12, 1-3

- <sup>1</sup> In témpore illo consúrget Míchael, princeps magnus,  
qui stat pro filiis pópuli tui,  
et erit tempus angústiæ,  
quale non fuit ab eo, quo gentes esse cœpérunt,  
usque ad tempus illud.  
Et in témpore illo salvábitur pópulus tuus,  
omnis, qui invéntus fúerit scriptus in libro.  
<sup>2</sup> Et multi de his, qui dórmiant in terra púlveris,  
evigilábunt:  
álii in vitam ætérnam,  
et álii in oppróbrium sempítérnum.  
<sup>3</sup> Qui autem docti fúerint,  
fulgébunt quasi splendor firmaménti;  
et, qui ad iustítiam erudiérint multos,  
quasi stellæ in perpétuas æternitátes.

Verbum Dómini.